

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Academici Johannis Quistorpii, D. Theolog. Past. I. & Prof.
P. Quo ad eundum Exequias, Beato Johanni von Thienen/ Studioso probo &
erudito. d. XXX. Aprilis. Anno M.DC.LX. Omnes & omnium ordinum Literatos ...
invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777418789>

Druck Freier  Zugang



Quistorp, J.

in J. v. Thien

Rostock 1660.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777418789/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777418789/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777418789/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777418789/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777418789/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777418789/phys_0004)

DFG

53

PROGRAMMA
RECTORIS ACADEMICI
JOHANNIS QVISTORPII,
D^{OC}E^{NT}O^R. Past. J. & Prof. P.



Quo
ad eundum
EXEQVIAS,
BEATO

JOHANNI
von Thienen/

Studio probo & erudito.

d. XXX. Aprilis. ANNO
M. DC. LX.

Omnes & omnium ordinum Li-
teratos, per amanter invitati.



ROSTOCHII,
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Academ,
Typographi.

Bernhardus

Bona mors justi, propter requiem:
melior, propter novitatem: opti-
ma, propter securitatem.



RECTOR

JOHANNES QUISTORPIUS, D.

Ita Naturâ comparatum, nec aliter fieri potest, quin caro & sanguis tristissimè perturbetur, quoties aliquâ necessitudine nobis junctos, ante diem, vitalia claudere intuemur lumina. Neq; sanctissimi adèò Patres & Patriarchæ à luctu alieni fuerunt, ut parentum, conjugum, liberorum denique suorum inopinâ morte, planè non indoluerint. Est etenim, ut Poeta ait, quædam flere voluptas, expletur lacrumis egeritur q; dolor. Plurimum verò invicem differunt, inter quæ se meritò distingui debent Christianorum & Ethnicorum, similiusq; veram religionem nescientium, lacrumæ. Hi enim, quia verbum Dei ignorant, aut agnoscere recusant, omni spe & consolatione carent: Et quò firmitius persuaserunt sibi animas unà cum corporibus perire, tan-

tò gra-

tō graviorēm quoq; luctum esse oportet; quan-
do ipsi met sibi ipsis spem omnē p̄cindunt, sta-
tuentes, quidquid ita ablatum sit, id penitus in-
teriūsse, nec unquam redditum, quare amoris
vehementiæ magnitudo doloris respondebit:
Sia animas corporibus supervivere existimant,
majoribus turbinibus, & tempestuosarum cogi-
tationum imbribus jactantur; non possunt enim
non esse sibi pessimè consciī, qui in tanta pecca-
torum mole & frequentiā, eorum remissionem
nullatenus sperant. E contrā Christiani spe fir-
missimā, à quā dejici nequaquam possunt, fulci-
untur; quippe illos, qui Servatorem Christum a-
gnoscunt, & Morte ejus freti, delictorum impuni-
tatem firmiter credunt, certissimè votorum suo-
rum compotes fore sciunt: nec posse Deum face-
re, ut quos Filius amat, eos ipse aversetur: claris-
simo siquidem illius præcepto passim jubemur,
prorā ac puppim salutis nostræ in Christo col-
locare, Christum recipere, extra Christum nihil
spei, nihil rei nobis esse, discere. Nullum itaque
dubium est, quin hac spe excellentissimā, luctuo-
sissimus etiam Christianorum gemitus ita mitiga-
ri queat, ut brevi deprimatur tandemq; dissipet-
ur & evanescat. Veniet euim hora, quum omnes,
qui in sepulcris sunt, vocem Filii Dei audient, &
prodibunt, qui bona fecerunt, ad resurrectionem
vitæ.

vitæ. Non enim suos relinquet in morte Christus;
sed è morte, vi verbi sui, ad vitam æternam exci-
tabit. Ex quo fundamento, Evangelica legatio-
nis facile princeps Divus Paulus suam adhortati-
onem & doctrinam ad Thessalon: extruxit, scri-
bens: nolo vos ignorare de his, qui obdormiunt,
ne tristes sitis, sicut alii, qui spem non habent.
Quare quoties ex hâc terreni corporis caveâ, quos
diligimus, per mortem abripiuntur, illam spem
ac firmam consolationem mentibus nostris in-
sculptam perpetuò circumferre debemus, non a-
missos, sed præmissos; & ut Cyprianus dixit, rece-
dentes præcedere, ut proficiscentes & navigâtes,
desideraricos debere, non plâgi, nec accipiendas
hic atras vestes, quando illi ibi alba vestimenta
jam sumpserint. Et quidem nobis metipsis id im-
putandum erit, si spem illam ex oculis & animo
amiserimus. Christus etenim in omnibus dictis
ad factis suis, hoc unicum & præcipuum subinde
proposuit, ut nos omnes de spe illâ certissimos
redderet, ne illam nobis unquam excidere pate-
remur. Quod quidem prolixè demonstrare pos-
semus, nisi jam essemus persuasi Piè Defuncti co-
gnatos, [quorum causâ hæc, non sine magnâ
~~affectione~~, publico damus] etiam nobis nihil mo-
mentibus, hanc spem mentibus suis jam antè fir-
missime impressisse, adeoque hanc doloris acer-
bita-

bitatem,' quam nunc paucorum dierum decursu
tertiā vice , ex obitu hujus literati juvenis exper-
untur, fortiter & æquanimiter, sine fremitu aut
indignatione toleraturos. Non enim casu ho-
mines nascuntur, aut moriuntur; non casu tales
calamitates pii imponuntur; sed certo & admi-
rando æterni Patris consilio ac voluntate, qui eos,
quos diligit, quam ocyssimè ex his miseriis huma-
næ vitæ eripit , ne externis lapsibus ac sceleribus
conscientias polluant. Natus hic est Anno 1637
Rostochii, & paulo post, sanguine Sacrosancto
Servatoris nostri JESU CHRISTI, corruptæ na-
turæ adhærente reatu ablutus, & renatus in Bapti-
smate JOHANNIS nomen accepit. Unde &
mors ejus non extictionem & interitum; non
cruiciatus aut poenas excitavit; verum rectissimum
iter ad beatam & immortalem vitam, jucundissi-
mamq; cum Deo & Ecclesia cœlesti consuetudi-
nem aperuit: Ubi enim Baptismus est, ibi Chri-
stus, remissio peccatorum & vita æterna. Patrem
hīs in terris habuit, B. CHRISTIANUM von Thie-
nen/ Senatorē laude dignum. Matrem B. Ger-
druht Schnittlers/ Matronam Christianam. Inter-
mitto Avos & Proavos, quorum commemo-
rationem, intra breve tempus, jam bis instituimus.
Parentes eum linguae Latinæ gnarum, Lünebur-
gum miserunt ante quinque annum. Cum ibidem
pulve

pulverem scholasticum sparsisset; Wittebergam
commigravit; Tandem domum doctrinâ & pie-
tate instructus reversus, vitâ non sine laude trans-
egit. Ita ut spem de eo conceperint maximam
noti & familiares, Sed mærore cōfectus ex recen-
ti obitu Dn. Patris & Sororis, in febrim ardenter
ante 14. dies incidit, quæ & demum ultimâ feriâ
Paschatos eum ex hac vita abripuit, anno ætatis
XXIII. Et juxta ter optimi, ter maximi DEI judi-
cium, ex hoc ærumnoso mortalitatis ergastulo,
in cœlestem Paradisum translatus est: ubi cum
sanctis Angelis & beatis Animis lætissimo adspe-
ctu J E H O V A gaudet, ac ante thronum Agni, cum
innumerabilibus türbis, ex omnibus gentibus &
tribubus collectis, stans amictus stolâ albâ, & pal-
mam manutenens, altâ & suavissimâ voce Deo
Creatori & Salvatori suo nunquam intermoritu-
ras laudes decantat. Et verisimile, sicut percepi-
mus, beatissimam animulam æterni istius gaudii
gustum jam percepisse, dum ante morbum, inu-
sicitatâ alacritate, velut tripudiando sursum ocu-
los & ad cœlum, tanquam ejus potiundi deside-
rio maxumopere teneretur, dirigere visus est:
quales pios protectò motus non raro in cordibus
hominum à Spiritu Sancto accendi minimè dubi-
camus. De hac cœlesti & beatâ consuetudine cum
Deo, ad quam piis omnibus mors patefacit viam,
hodiè

hodiè etiam attentius cogitemus, qui Christiani
sumus, ut quamvis caro & sanguis obitū amico-
rum vehementissimè doleat; lætissimam tamen
spem amplectimur, scientes eos ad tempus tan-
tum reconditos esse, nobis, si in fide constantes
perseveraverimus, restituendos. Quandoquidem
autē præstat ingredi domum luctus, quam convi-
vii, quod ibi corā cernamus, velut in exemplis,
quam repente de vitâ nostrâ sit actum; Rogamus
omnes Academiæ nostræ cives, Dominos Profes-
sores, Doctores, verbi divini Ministros, Magistros
Nobiles & studiosos Juvenes, ut hodiè horâ pri-
mâ in templo Mariano convenire, ac exsuvias
sanctissimæ animulæ inibi usq; ad extremum di-
em quieturas, ad sepulchrum haut gravatim de-
ducere, suaq; præsentia mœstissimorum dolo-
rem lenire, insimulq; se, suamq; in columitatem
hujusque Academiæ & Civitatis salutem Jehovæ
potentissimo ardentibus precibus commendare
velint. P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus

ult. April. An. 1660.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777418789/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777418789/phys_0014)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777418789/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777418789/phys_0016)

DFG

pulverem scholasticum sp
commigravit; Tandem do
tate instructus reversus, vita
egit. Ita ut spem de eo co
noti & familiares. Sed mœr
ti obitu Dn. Patris & Sorori
ante 14. dies incidit, quæ &
Paschatos eum ex hac vita
XXIII. Et juxta ter optimi
cium, ex hoc ærumnoso m
in cœlestem Paradisum tra
sanctis Angelis & beatis An
stu JEHOVA gaudet, ac ante
innumerabilibus turbis, ex
tribubus collectis, stans ami
mam manutenens, altâ & si
Creatori & Salvatori suo nu
ras laudes decantat. Et veri
mus, beatissimam animula
gustum jam percepisse, dum
sitätâ alacritate, velut tripu
los & ad cœlum, tanquam
rio maxum opere teneretur
quales pios profecto motus
hominum à Spiritu Sancto a
camus. De hac cœlesti & beau
Deo, ad quam piis omnibus



ittebergam
trinâ & pie
laude trans
maximam
us ex recen
n ardente
ultimâ feriâ
anno ætatis
i DEI judi
s ergastulo,
t: ubi cum
imo adspe
Agni, cum
gentibus &
alibâ, & pal
voce Deo
termoritu
ut percepi
tius gaudii
bum, inu
rsum ocul
ndi deside
e visus est:
in cordibus
nimè dubi
udine cum
facit viam,
hodiè